



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

II. Homo ex nihilo æterno non potuit viribus suis emergere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

nihil fuisse, tantum malum est, ut ex recta ratione malle quis debeat, per omnium sæculorum æternitatem, quo suis cruciatus pati, quam in nihil, post esse redigi, quia dum miserimus etiam esset, aliquid esset, quod bonum esset; nihil verò esse, malum esset, bonum omne, ut & esse excludens; modò talis ex peccato non esset Deo insensus, quod absolutè fieri posset; respectu verò ad culpam habito, melius foret natum non fuisse, vel absolutè non esse, quam æternum miserè esse.

CAPVT II.

Homo ex nihilo æterno non potuit ex se emergere.

IN nihilo, æternâ duratione, demersus ita homo fuit, ut ex illo, per se non potuerit unquam emergere, sibiq; adeo esse
dare;

dare; ad id enim, vt sui videlicet causa existeret seque produceret, esse prius habere debuisset: id quod potentia nulla fieri potest, simul enim fuisset, & non fuisset; quod contradictionem inuoluit. Atque hic gradus nihili, seu nihilitatis, vt sic loquar, magnus malusque valde est, meritoque hominem impium, si tamen vigilat, mentisque suæ est, deijcere, & à peccato mortali abstergere deberet. Graue quidem est coram mundo nihil aliquando fuisse, illud tamen solatiij plenum est, sua posse virtute, labore, & industria id efficere, aliquid vt aliquando ex se, proprioque Marte existat. Miserum ergo nihil fuit homo, & tamen huius immemor, contra Deum, cuiusque celsitudines & excellentiæ sunt abs; numero infinitæ, & absque mensura im-

F 5 mensa,

mensæ, absque pondere graues,
& plenæ maiestate, insurgit. O
cor induratum peccatoris! Oru-
pes! Alio igitur opus habuit,
Deo nimirum opt. Max. cuius
beneficio immortalis ex nihilo
emerfit. *Petonate*, ait illa, *ut ad-*
spicias ad cælum, & terram, & ad
omnia, quæ in eis sunt, & intelligas,
quia ex nihilo fecit ea Deus, & ho-

2. Mach. 7. 28. *minu genus &c. Hæcine reddis Do-*
mino popule stulte & insipiens? Num-
quid non ipse est Pater tuus, qui fecit

Deut. 36. 6. *te, & creauit te? Si autem emerfit*
homo ex nihilo à Deo ut solus
ille eum sic ex nihilo educere
potuerit; condere enim & creare so-
lius Dei est, ait Athanasius. Af-
ferit idem D. Augustinus cum
sic scribit: Creare naturam, & ho-
minem maxime, tam nullus Ange-
lus potest, quam non seipsum.

Ser. 3. con.
Arrianos.

Solius Dei est hoc

opus.

CA.